Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

odium Non adhesit mihi cor prauum: declinante a
me maligno nolebam cognoscere. Detrahente secre
to proximo suo: hunc persequebar. Superbo oculo et
insatiabili corde: cum hoc non edebam. Oculi
mei ad fideles terre ut sedeant mecum: ambulans
in via immaculata hic mihi ministrabat. Non habi
bit in medio domus mee qui facit superbiam qui lo
quitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut
disperdere de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.
an Iubilate deo omnis terra an Clamor meus ps
Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te
veniat. Non auertas faciem tuam a me in quacumque
die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque
die inuocauero te: velocius exaudi me. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei et ossa mea sicut cremium
arruerunt. Percussus sum ut fenum et arruit cor meum
quia obliti sum comedere panem meum. A uoce ge
mitus mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum
pelicano solitudinis factus sum sicut nocticorax in domicilio
Vigilauit et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die
exprobrabant mihi inimici mei et qui laudabant me adue
rabant mihi. Quia cinerem tanquam panem manducabam et potum meum cum fletu
miscebam. A facie ire indignationis tue quia eleuans allisisti
me. Dies mei sicut umbra declinauerunt et ego sicut fenum arui
tu autem domine in eternum permanes et memoriale tuum in generatione et
generationem. Tu exurgens misereberis sion quia tempus miserendi eius quia
venit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius et terre
eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dominus sion et videbi-

59